



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 279. De Erdagi traditione pro sua serenissima vxore Gherburgh in villis
Calerike et Duerun in pago Hessi Franconico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Anno
877 re-
gnante
Hludo-
uico et
guber-
nante
Corbe-
iam
Tanc-
maro.

§. 278.

daedi tradidit pro se et uxore sua alfered in *doddonbus* (W)
unam familiam.

§. 279.

erdag tradidit pro coniuge sua gherburgh unam familiam in
Calerike et aliam in *duerun*. (X)

TRA-

episcopatus Paderbornensis inter Erwitte, Heste, Pömsen et Nihem oppidum.
Probabilissime ergo *Atbalhardus* est *Adalhardus*, qui fuit pronepos Brunonis, An-
gariorum ducis, de quo egimus supra §. 104. not. (n).

De villa
Doddon-
bus in pa-
go Tili-
thi.

(W) *Doddonbus* villam fuisse in pago *Tilitibi*, annotavit Saracho abbas in Registro, sa-
pissime excitato. Igitur sine dubio intelligitur vicus *Doensen* inter Cappellenha-
gen cis, et Delmissen trans, montem Nite. Ecclesiae loci *Doensen* est filia ec-
clesiae in Halle in Principatu Guelpherbytano. Cum vero nomen Dedo, Dodo
vel *Daedi* contractum sit e *Theodorico*, neminem dubitaturum putamus, *Daedum*
nostrum, qui sita in villa *Doddonbus* quaedam tradidit, fuisse *Tbiadricum*, relatum
inter progenitores comitum Euersteinsium supra §. 104. not. (n) pronepotem
ducis Angariorum Brunonis. Vxor eius *Alfereda* probabilissime quibusdam fi-
liabus nomina progenitorum comitum de Euerstein indidit. In *historia* enim
nostra *Corbeiensi* quaedam matronas, eodem nomine insignitas, producemus, quae
omnino ad Euersteinsenses videntur Comites referendae.

De villis
Calerike
et Duerun
in pago Hessi
Franco-
niao.

(X) Cum villae *Calerike* et *Duerun* in pago Hessi Franconico fuerint, nostro Registro
testante, illaque sit vicus *Keller* in inferiori Hassia, haec vero *Duren* sub ditione
serenissimi domini Landgraviü Hessio-Cassellani posita, inde sit verisimile, *Erdagum*,
qui bona habuit hereditaria in eisdem villis, progenitoribus veterum Hassiae co-
mitum esse adnumerandum. In villa *Duerun* Esico comes monasterio Fuldensi
quaedam bona tradidit. Nonne ergo credamus oportet, *Erdagum* nostrum de-
scendisse ab isto Esicone, et potentem dominum in Hassia fuisse? Nemo sane
mentis id poterit ire inficias, inprimis, cum iam supra §. 216. indicauerimus,
Gherburgham *Erdagi* nostri vxorem fuisse filiam regis Hludouici.

